

Peter of Trabibus, Commentary on the Sentences (Florence, Bibl. Naz. D. 6. 359)

Transcribed by Tuomas Vaura¹

Abbreviations

add.	addidit
del.	delevit
fol.	folium
marg.	margine
om.	omittit
[...]	additio
<...>	additio editoris
(?)	lectura incerta

Liber 2, distinctio 16, quaestio 4. (fol. 21vb)

Quam partem sumatur ratio imaginis in homine?

Quarto quaeritur penes, quam partem sumatur ratio imaginis in homine?

Ad quod est dicendum, quod cum homo dicatur imago Dei esse non absoluta sed repraesentativa, in illa parte debet ratio imaginis quaeri in qua eum repraesentat.

Unde Augustinus, *De trinitate*, dicit quod illud, quod tibi primo occurrit, quod non sit nobis commune cum pecoribus, scias illud ad imaginem pertinere. Et quia omnia alia, scilicet corpus et sensitiva sunt communia nobis et pecoribus, ideo ibi non est quaerenda ratio imaginis proprie, nisi ex consequenti. Sed in parte excedente illa communia est quaerenda, et haec sunt memoria, intelligentia et voluntas per quarum actus potest se convertere ad Deum memorando, intelligendo et amando.

Ex quibus dictis patet garrulatio, quae aliquando fit inter magistros. Quia cum potentiae sint propter actus et semper sint imperfectae in quantum huius, perfectius dicitur esse imago Dei in actibus quam in potentiis, quia hii includunt illas sicut sua perfectibilia. Et hoc est sententia Augustinus, unde dicit,² verbum autem in anima nostra esse non potest sine actuali cogitatione.

Ex quo verbo quidam dicunt,³ quod principaliter est imago penes

¹ The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. I would like to thank Annemieke Verboon, who has helped me to improve the transcription. The line division of the transcription follows the line division of the manuscript.

The transcription may be cited as follows:

Peter of Trabibus, *Lectura* lib. 2, d. 16, q. 4, Tuomas Vaura (ed.), *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* -project. URL = <<https://blogs.helsinki.fi/rationality-in-perception/texts/>>. 2019.

² Augustinus, *De trinitate* lib. 14, cap. 7.

³ Thomas Aquinas, *Summa theologiae* I^a q. 93, a. 7 co.

actus, quia aliter non est origo, quia ex notitia quam habemus, cogitando verbum formamus, et ex hoc in amorem prorumpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus et potentiae, unumquodque autem est virtualiter in suo principio, ideo videtur quod ex consequenti sit imago in potentiis et habitibus.

Nec est ratio inveniendi imaginem in homine immortalitas, quia ista <non> sit causa, sed consequitur. Multa enim sunt immortalia, quae non sunt imago, ut corpora caelestia, et sensitiva in homine resurgente, et corpus gloriosum, sed immortalitas consequitur imaginem.

Unde illud verbum Augustinus debet bene intelligi. Quando dicit, quod anima non esset imago Dei, si mortis termino clauderetur, hoc est verum sicut si dicerem, non esset homo si non esset risibile, etc. Secundum autem quandam refulgentiam bene potest dici, quod gloria et huius sint imago Dei.